



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Ab Innocentio XI. Ad Innocentium XII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

19.Cum aliàs fel. rec. &c. Innovantur Romanorum quorundam Pontificum
Constitutiones detestabiles Franchitiarum nomen in Urbe Roma abolentes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74849](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74849)

Quatenus
eorum
onera de-
bito modo
supportent

Conce-
duntur ip-
sis omnia
Clerico-
rum Secu-
larium pri-
vilegia.

Ad sacros
Ordines
etiam sine
sufficienti
Beneficii
titulo pos-
sunt pro-
moveri.

In casu di-
missionis
Institutum
teneatur
ipsum sus-
tentatio-
nem sub-
ministrare.

Decretum
roborans,
& irritans.

Derogatio
contrariis.

Transum-
ptorum fi-
des.

D. 9. Fe-
bruarii
1685. Pont.
Anno No-
no.

retinere, & alia quaelibet servatis de jure servandis, consequi & obtinere posse; & quatenus ad illa cetero-
quique Canonice praesententur, vel eligantur, aut alias
quovis modo assumantur, in illis institui, electio-
nesque de eorum personis factas confirmari posse,
& debere, in omnibus & per omnia, perinde ac si
Institutum praedictum minimè assumpsissent, nec
in illo viverent: Ita tamen ut ipsi omnibus, &
singulis eorundem Beneficiorum obligationibus sa-
tisfaciant, oneraque illis incumbencia supportent,
quemadmodum alii Clerici Seculares illa obtinentes
satisfacere, & supportare deberent.

§. 2. Præterea eosdem Clericos in communi
videntes, cum Seculares sint, omnibus & singulis
Clericorum Secularium juribus, prærogativis, præ-
eminentis, immunitatibus, facultatibus, & pri-
vilegiis uti, frui, potiri, & gaudere posse & debere;

§. 3. Ac demum eisdem Clericis Secularibus in
communi viventibus, ut licet sufficientem Beneficii
vel patrimonii titulum ad sacros Ordines de jure re-
quisitum non obtineant, nihilominus de Superioris
Generalis dicti Instituti pro tempore existentis li-
centia ad titulum Communitatis, sive Instituti præ-
dicti pro arbitrio, & conscientia Ordinariorum lo-
corum ad sacros Ordines hujusmodi, servatis aliis
servandis promoveri valeant auctoritate, & tenore
præfatis, concedimus, & indulgemus, eam tamen
lege, ut si eos subindè dimitti contingat, idem Insti-
tutum eis omnia ad congruam eorum sustentationem
necessaria subministrare teneatur; idque donec &
quousque eis aliunde sufficienter fuerit provisum, ad
id autem præfatus Superior Generalis bona dicti Insti-
tuti in forma Juris valida obligare, & hypotheca-
re debeat in manibus eorundem Ordinariorum,
quibus curæ erit sedulo inspicere, an eidem Insti-
tuto sufficientes suppetant facultates, ex quibus necesse-
saria, sicut præmittitur, Clericis prædictis valeant,
supportatis cæteris ipsius Instituti oneribus submi-
nistrari.

§. 4. Decernentes easdem præfatas Litteras semper
firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque
plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac il-
lis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in om-
nibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis
respective inviolabiliter observari, sicque in præ-
missis per quoscunque Judices Ordinarios, & de-
legatos, etiam causarum Palatii Apostolici Audi-
tores judicari, & definiri debere, ac irritum, &
inane, si secus super his à quoquam quavis auctori-
tate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus Apostolicis, ac in Uni-
versalibus Provincialibusque, & Synodalibus Conci-
liis editis generalibus, vel specialibus Constitutioni-
bus, & ordinationibus, nec non quibuscunque, etiam
confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia
roboratis Statutis, & consuetudinibus, privilegiis
quoque, indultis, & Litteris Apostolicis in contra-
rium præmissorum quomodolibet concessis, confir-
matis, & innovatis, quibus omnibus, & singulis
illorum tenores præfatis pro plenè, & sufficien-
ter expressis, & de verbo ad verbum insertis habentes,
illis aliis in suo robore permanens, ad præmis-
sorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & ex-
presse derogamus, cæterisque contrariis quibuscun-
que.

§. 6. Volumus autem, ut earundem præsentium
Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impres-
sis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigil-
lo personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ mu-
nitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in
judicio, quam extra illud habeatur, quæ haberetur
ipsis præfatis, si forent exhibitæ vel offensæ. Da-
tum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub
Annulo Piscatoris die 9. Februarii 1685. Pontifica-
tus Nostri Anno Nono.

Loco + Annuli Piscatoris.

J. G. SLUSIUS.

Innovantur Romanorum quorundam Pontificum
Constitutiones detestabile Franchitarum nomen
in Urbe Romæ abolentes.

INNOCENTIUS EPISCOPUS.

Servus servorum Dei, ad perpetuam rei memo-
riam.

§. 1. Cùm aliàs fel. rec. Julius Papa III. Præ-
decessor Noster infrascriptam Constitu-
tionem ediderit, cujus tenor est, Julius Episcopus
Servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.
Cùm civitates, & loca omnia, in quibus Sanctissi-
mum Christi Nomen colitur, deceat esse facinorosis
hominibus expiata, atque purgata, nemo est, qui
non intelligat, quam maximè oporteat Almam
Urbem Nostram Apostolorum Petri, & Pauli,
ac tot Martyrum sanguine consecratam, in qua
summus Pontifex cum sacro Cardinalium Collegio
residet, & ad quam ex omnibus mundi partibus,
veluti ad portum saluberrimum gentes conflunt,
quæ denique communis omnium patria censetur,
esse ipsis facinorosis hominibus vacuum. Sanè cum
à diversis Pontificibus Prædecessoribus Nostri plures
Constitutiones adversus homicidas, sicarios, latro-
nes, sacrilegos, raptores, aliosque facinorosos ho-
mines, eorumque fautores, & receptatores, sine
quibus delinquentes diutius latere non possunt,
editæ fuerint, quæ vel temporum iniquitate, vel
ad senium, & occasum vergentis seculi corruptelâ,
aut Magistratum negligentia minus custodiuntur,
& observantur, ac fere in desuetudinem abierunt:
operæ pretium censuimus Constitutiones ipsas ap-
probare, & innovare, prout illas motu proprio,
& ex certâ scientia cum omnibus, & singulis cen-
suris, & penis in eis contentis, harum serie ap-
probamus, & innovamus. Et insuper quia (sicut
accepimus) quorundam eorumque processit licentia,
ut non solum homicidas, & facinorosos, ac alios
prædictos contra juris, & sacrarum Constitutionum
prædictarum prohibitionem receptare audeant, sed
etiam domos suas, nec non vias publicas, & pla-
teas, quæ circa domos sunt, facinorosis ipsis tu-
tum refugium, & quasi portum esse velint, signa-
tis etiam Franchitiarum nomine quodammodo li-
mitibus in via, quos Justitiæ Ministris ingredi
non liceat. Nos abominabile, & detestandum
Franchitiarum hujusmodi nomen penitus abolemus,
ac perpetuò abolitum fore decernimus. Volumus
enim causarum capitalium Judicibus, Barfellis,
Apparitoribus, & aliis Justitiæ Præfectis, & Mini-
stris, quascunque vias, & plateas, ædes, & do-
mos ad requirendos, capiendos, & debitæ penis
afficiendos facinorosos homines, die nocteque li-
beras, & apertas esse. Si quis autem post hujus
Nostræ voluntatis declarationem, Franchitias hujus-
modi adhuc habere, & tueri, ac illarum prætex-
tu, aut aliis quomodolibet Justitiæ Ministros, in
exequutione eorum officii impedire præsumpserit,
etiam si Baronus, Domicellus, Comes, Dux,
Principis cujusvis Orator, aut (quod futurum mi-
nimè credimus) Episcopus, Archiepiscopus, Pa-
triarcha, aut etiam S.R.E. Cardinalis extiterit,
noverit se amissionis gratiæ, ac benevolentiae No-
stræ, nec non coercitionis, & emendationis, prout
Nobis juxta circumstantiarum qualitatem videbitur,
penas ipso facto incursum. Si quis verò in
tantam devenierit audaciam, ut etiam, violenter,
& manu armata, ipsis Justitiæ Ministris se op-
ponere, & resistere ausus fuerit, tam facientes, quam
mandantes, eo ipso crimen Læsæ Majestatis incur-
re declaramus, & pro illius condigna ultione, si
ultra Justitiæ Ministros majori manu opus fuerit, præ-
cipimus Dilecto Filio Nobili viro Camillo Urfino Do-
micello Romano, ac alteri cuicunque pro tempore mi-
litia Nostræ temporalis Generali Gubernatori, &

XIX.

Constitu-
tio Julii III

Urbem Ro-
mam à fa-
cinorosis
homi-
nibus vacuâ
esse maxi-
mè oportet.

Appro-
bantur, &
innovantur
Prædecesso-
rum Consti-
tutiones
hactenus
minus dili-
genter ob-
servatæ.

Abolitur
Franchi-
tiarum no-
men & ju-
stitiæ Mi-
nistris li-
ber ubi-
que aditus
datur.

Pœna in
cujuscun-
que digni-
tatis con-
travenien-
tes.

Justitiæ
Ministri
violenter
se oppon-
ens Crimi-
nalis Læse
Majestatis
incurrit.

In casu ne-
cessitatis
brachio se-
culari mu-
niantur.

Nostræ

custodiae Palatii Nostri Ducibus, tam pedestribus, quam equestribus, ac Conservatoribus, & Capitibus Regionum ipsius Almae Urbis, ut contra opposcentes, & resistentes huiusmodi, tanquam iustitiae, pacis, & quietis perturbatores, Nostrosque, & huius Sanctae Sedis rebelles acriter suo brachio seculari insurgant, ac eos manu regia, & nulla telâ iudiciali servatâ, severissimè puniendos capi, & carceribus mancipari faciant. Non obstantibus quibuscumque Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, privilegiis quoque, indultis, Statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque. Ut autem praemissa omnia ad eorum, quorum interest notitiam deducantur, nec aliquis de eis ignorantiam iustè praetendere possit, volumus, & Apostolica auctoritate decernimus, quod praesentes Litterae per aliquos Curiae Nostre Cursores ad Basilicam Principis Apostolorum de Urbe, & Ecclesiae Lateranensis valvas, dum inibi Populi multitudo ad Divina audienda conveniret, palam, & clarâ voce legantur, & lectae in Basilicâ, & Ecclesiae huiusmodi, ac Cancellariae Apostolicae valvis, nec non in Aede Campi Florae affigantur, ubi ad lectionem, & notitiam cunctorum aliquamdiu affixae pendeant, & cum inde amovebuntur, earum exempla in eisdem locis remaneant affixae. Quodque earum transumptis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personae in Dignitate Ecclesiastica constitutae munitis, certa & indubitata fides adhibeatur, prout praesentibus Litteris adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostre approbationis, innovationis, abolitionis, Decreti, voluntatis, declarationis, & praeccepti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Apostolorum Petri & Pauli, se noverit incursurum. Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo quinquagesimo secundo, decimo Kal. Octobris Pontificatus Nostri anno tertio.

§. 2. Deinde cum rec. mem. Pius Papa IV. etiam Praedecessor Noster vestigiis Praedecessoris inhaerens aliam publicaverit Constitutionem, quae sic se habet.

Pius Episcopus Servus Servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Interceteras, quibus ex injuncto Nobis Apostolicae servitutis officio assidue angimur, cura illa Nobis praecipue cordi est, ut alma Urbs Nostra, ad quam omnes Christi fideles ex universis mundi partibus, veluti ad tutissimum refugium, confluant, facinorosis hominibus expurgata, & penitus vacua permaneat, ac in eâ boni omnes quietâ securitate fruantur, malis autem nullus, quo se confovere possint, locus relinquatur; Et hi, qui à Magistratibus Jus dicentibus iustitiam consecuti fuerint, illius etiam executionem libere, ut decet, contra condemnatos, ubicumque eos moram trahere contigerit, consequantur. Sanè cum non sine animi Nostri perturbatione acceperimus, nonnullos tam ob crimina per ipsos commissa, quam ob debita contracta, sibi ipsis à Ministris, & Executoribus iustitiae timentes, ad aedes Magnatum, & praesertim S. R. E. Cardinalium, & Oratorum Principum, uti loca à dictis iustitiae Ministris tuta, tametsi contrarium esse deberet, indes confugere, in illis se recipere & confovere, sicque impunitos quandoque evadere, & creditores executione eorum creditorum, ut plurimum frustrari. Et licet, ad huiusmodi abusum extirpandum à sel. rec. Julio Papâ III. Praedecessore Nostro quaedam Constitutio edita fuerit, talium tamen iustitiam fugientium temeritatem in tantum excrevisse, ut non solum se in dictis locis recipere, sed etiam illa veluti iustitiae minimè subiecta, Franchitias appellare non erubescant, tanquam in praedictâ Urbe, in qua Summus Pontifex cum sacro Cardinalium Collegio residet, & ut Christi Vicarius toti Orbi exemplum iustitiae praebere debet, asylum, & receptaculum delinquentium, ac suis debitis satisfacere recusantium esse, toleretur, neque executio iustitiae libere fieri valeat. Rem quidem pessimi, valdeque per-

niciosi exempli, quæ non ab ipsis Cardinalibus, & Oratoribus utpote modestis, & iustitiae Cultoribus, sed plerumque ipsorum familiarium culpâ, & facto processit. Nos volentes tam enormes, & detestandos abusus penitus tollere, utque nullus improbus tutus locus detur, sed Executores iustitiae passim, & ubique eorum officium liberè, & intrepidè exequi valeant, providere: Motu proprio, & ex certâ scientiâ, ac de Apostolica potestatis plenitudine, omnes inprimis Constitutiones circa praemissa, tam per praedictum Julium, quam quoscumque alios Pontifices Praedecessores Nostros editas cum omnibus, & singulis censuris, & poenis in eis contentis, approbantes, & innovantes, hâc in perpetuum valiturâ Constitutione sancimus, ut nullus de cetero, cujuscumque sit dignitatis & praeminentiae, sub indignationis Nostre, & aliis arbitrii Nostri poenis aedes praedictas, aut alia quaecumque loca, Franchitias appellare audeat, nullique Cardinalium, & Oratorum, ac Magnatum, etiam Nostri, seu Romani Pontificis pro tempore secundum carnem Nepotes, aut alio consanguinitatis, seu affinitatis vinculo conjuncti fuerint, familiares, aut alii in ipsorum domibus, seu locis circumvicinis, malefactores quoslibet, etiam non condemnatos, aut pro debitis obnoxios (contra quos tamen mandata executiva ad instantiam creditorum decreta, & relaxata extiterint) ut eos à manibus Curiae eximant, receptare, vel alios sub assertâ Franchitiâ, quo minus eorum officium contra illos, etiam in domibus, & locis circumvicinis praedictis liberè, & sine ullâ prorsus contradictione exequi possint, quovis modo directè, vel indirectè impedire praesumant. Alioquin receptantes, aut securitatem praestantes, seu etiam Executores iustitiae quomodolibet, ut praemittitur impediens, nec non, qui Cardinalium, aut Oratorum, seu Magnatum quorumlibet nomen acclamando, contra dictos iustitiae Ministros invocerint, aut alios quoslibet alios in eisdem Ministros concitaverint, velut criminis Laesae Majestatis Rei condignis poenis afficiantur, contra quos omnes, & singulos ad supradictas, & etiam ad alias poenas, in quibus malefactores ipsi condemnati fuerint, vel quas promeruerint, interesseque, & damna, inde provenientia, nec non ad creditorum satisfactionem, etiam ex officio, & ad Fisci Nostri, ac partium instantiam respectivè inquiri, & procedi, & successivè eos condemnari posse, & debere volumus, atque decernimus. Mandantes nihilominus Cardinalibus, Oratoribus, & aliis praedictis sub eadem Nostre indignationis poenâ, ut familiares suos, & alios in ipsorum domibus commorantes, ne praemissa committant, omnino admoneant, & cum effectu cohibeant, neque per illos aliquid de praemissis fieri quovis modo tolerant, seu permittant. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, privilegiis quoque, & indultis sub quacumque tenorum formâ quomodolibet in contrarium concessis, confirmatis, & iteratis vicibus innovatis, assertis consuetudinibus, quas per praesentes improbamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostre approbationis, innovationis, sanctionis, voluntatis, Decreti, mandati, & improbationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicae, millesimo quingentesimo sexagesimo primo, duodecimo Kal. Martii, Pontificatus Nostri anno tertio.

§. 3. Successivè pia mem. Gregorius PP. XIII. itidem Praedecessor Noster promulgaverit Bullam huius tenoris & formae, nempe,

Gregorius Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Et ipsa ratio, & usus docet, nihil perniciosius in Civitate contingere posse, quam

Ejus rei culpam in Cardinalium & Oratorum familiares transfert.

Innovatis Praedecessorum super hac re Constitutionibus, Franchitiarum nomen exterminat.

Non exceptis S. S. Nepotum & consanguineorum domiciliis.

Contravenientes tanquam Rei criminis Laesae Majestatis puniantur.

Praedicti Magnates familiares suos ad praesentes religiose observandas admoneant.

Derogatio contrariis.

Sanctio poenalis.

D. 18. Februarii 1561. Pont. anno tertio.

Constitutio Gregorii XIII.

Conqueritur de secleris & oberatis ad aedes Magnatum confugientibus.

Illaque contra praemissam Julii III. Constitutionem Franchitias nominare audientibus.

Recense-
tur tenor
præmissæ
Pii IV.
Constitu-
tionis.

legum, judiciorumque impedimentum. Quod ma-
lum satis opportunè prohibere volens fel. rec. Pius
PP. IV. Prædecessor Noster, cui post aliàs hæc de re
præsertim à piæ mem. Julio PP. III. promulgatas
Constitutiones, innoverat, quàm plurimos adhuc
esse in Urbe, qui vel ob commissa crimina, vel ob æs
alienum contractum, sibi à Ministris, iustitiæque
Executoribus timentes, ad ædes Primum, etiam
S. R. E. Cardinalium, ac Oratorum Principum uti
loca tuta, quas Franchitias appellabant, confugerent,
eaque ratione impuniti evaderent, & creditores elu-
derent, aliam edidit Constitutionem, quâ etiam
sub arbitrariis pœnis sanxit, ne ullus post id tempus,
cujuscunque Dignitatis, ac præminentie foret,
ad hæc prædictas, aut alia quæcunque loca Franchi-
tias appellare audeat, neve Cardinales, Oratores, ac
Primates prædicti, etiam si sui, & Romani Pontificis
pro tempore existentis, Nepotes, aut alio consanguini-
tatis, vel affinitatis vinculo conjuncti essent, eorum-
que familiares, aut in ipsorum domibus commoran-
tes, in eisdem domibus, seu locis circumvicinis malefi-
cos quosvis, etiam indemnatos, aut ere alieno ob-
strictos (contrà quos tamen mandata executiva in-
stantibus creditoribus jam decreta & relaxata essent)
ut è potestate Curie secularis sic eximerentur, recepta-
re, vel prætextu Franchitiæ securos reddere, aut ju-
stitiæ Executores, quominus liberè officio suo con-
trà eosdem fungi possent quocunque modo impedire
auderent: Alioquin receptantes hujusmodi, aut secu-
ritatem præstantes, seu Executores justitiæ impedi-
entes, vel excitatis clamoribus, Cardinalium, Orato-
rum, seu Primum quorumlibet nomen auxilii cau-
sâ invocantes, aut quoscunque alios in ipsos justiti-
æ Ministros concitantes, velut criminis Læse Maje-
statis Rei dignis pœnis afficerentur: contrà quos
etiam ad alias penas, quibus malefici ipsi puniti fu-
issent, vel quas promeruisse, nec non ad satisfactio-
nem creditorum, etiam ex officio, & ad Fiscus, partium-
que instantiam inquiri, procedi, & condemnari de-
bere voluit, atque decrevit: Sed cum hæc ipsa Pii
Prædecessoris Constitutio propter nimiam corrupte-
lam, minimè postea sit eum, quem decuit, effectum
consecuta, Nos volentes omninò in Almâ Urbe No-
strâ, ita justitiæ debito ab omnibus satisfieri, ut per-
petua subditis Nostri quies, & salus inde pariat, &
& cæteris præbeatur exemplum: Constitutionem
prædictam exactè ab omnibus, & omni tempore
præcipimus observari, Mandantes Gubernatori, Ma-
gistratibus, & Judicibus, & Executoribus dictæ Ur-
bis, ac cæteris omnibus, ad quos spectat, ut gratiâ,
& favore postpositis, illam, & contenta in eâ quæ-
cunque omninò exequantur, ac pœnis in ipsâ pro-
positis supradictis, & quosvis inobedientes, & con-
trafacientes juxta illius tenorem afficiant, & aliquin
in prohibendis usquequaque his incommodis invigil-
ent, si Nostram, & Apostolicæ Sedis ultionem vo-
luerint evitare. Nulli ergo omninò hominum liceat
hunc paginam Nostrorum præcepti, & mandati in-
fringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis au-
tem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omni-
potentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum
ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud San-
ctum Marcum anno Incarnationis Dominicæ millesi-
mo, quingentesimo, septuagesimo tertio, Nonis Sep-
tembris, Pontificatus Nostri anno secundo.

§. 4. Ac postmodum S. M. Sixtus PP. V. similiter
Prædecessor Noster in speciali Constitutione, quæ in-
cipit; Hoc Nostro Pontificatus initio, inter cætera
per eum disposita, pro felici gubernio, quiete, & tran-
quillitate hujus Almæ Urbis, Constitutionem præ-
narrati Gregorii innovaverit, ac penam Læse Maje-
statis per prædictum Pium Prædecessorem appositam
ad verum, ac nullâ Juris, aut hominis fitione con-
fictum reatum ampliaverit, & delinquentes in idem
verum crimen Læse majestatis incurrisse decreverit,
& declaraverit, sub datum Romæ apud S. Marcum,
anno Incarnationis Dominicæ millesimo, quingente-
simo, octuagesimo quinto, Kal. Julii Pontificatus sui
anno primo.

Ea suum
hactenus
effectum
sortita non
est.

Quare sine
morâ Exe-
cutioni
mandanda.

Sanctio
poenalis.

D. 5. Sep-
tembris
1573. Pont.
anno se-
cundo.

Præfata
Pii IV. &
Gregorii
XIII. Con-
stitutiones
etiam à
Sixto V.
innovatæ.

§. 5. Cùmque etiam iidem, & alii Romani Ponti-
fices iidem Prædecessores Nostri singulis annis Bul-
lam in die Cœnæ Domini publicare consueverint, in
quâ inter alia in §. 20. Excommunicarunt, & ana-
thematizarunt omnes illos, qui per se, seu alios dire-
ctè, vel indirectè, sub quocunque titulo, vel colore
invadere, destruere, occupare, & detinere præsump-
sissent in totum, vel in partem hanc Almam Urbem,
cæteraque loca in eadem Bullâ expressa ad ipsam Ro-
manam Ecclesiam pertinentia, nec non supremam ju-
risdictionem in illis, Romano Pontifici, ac eidem Ro-
manæ Ecclesiæ competentè, de facto usurpassent, per-
turbassent, retinuisent, vel aliis modis vexassent, nec
non adhærentes, fautores, & defensores eorum, qui il-
lis auxilium, consilium, vel favorem quomodolibet
præstitissent. Nosque etiam singulis annis eandem
Bullam publicari jussimus, ac fecerimus.

§. 6. Et cum ab ipso Nostro Pontificatus initio cor-
di Nostro semper infixæ fuerit supra memoratarum
Constitutionum observantia, verbo, & factis per
Prædecessores Nostros omni tempore studiosè pro-
mota, eorundem vestigia sectantes, & signanter fel.
rec. Urbani PP. VIII. qui in exordio sui Pontificatus
videlicet die 5. Januarii 1626. peculiare Edictum ad
tranquillitatem, & quietem hujus Almæ Urbis per tunc
Gubernatorem promulgari mandavit, & successivè
die 15. Novembris 1634. idem Edictum speciali suo
chirographo declaravit. Nosque pariter alia duo si-
milis Edicta ob easdem causas, unum sub die 26. No-
vembris 1677. Et alterum sub die 22. Februarii 1680.
per Nostrium Urbis Gubernatorem publicari manda-
verimus, quorum dispositionem in omnibus, & per
omnia, in suo robore permanere volumus. Hinc est,
quod Nos abominabile, & detestandum Franchitia-
rum nomen, quæ vulgò dicuntur Quartieri, contrà
omne jus factæ usurpatum, penitus abolere, nec non
dictarum Constitutionum majori, & firmiori, ac in-
violabili observantiæ, & executioni consilire vo-
lentes, motu Nostro proprio, & ex Nostri scientiâ,
merâque deliberatione, nec non etiam de Fratrum
Nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio, & assensu,
ac præmaturâ consideratione præhabita, præinfertas
Constitutiones supradictorum Julii, Pii, Gregorii,
ac Sixti, aliorumque Prædecessorum Nostrorum in-
novamus, confirmamus, approbamus, & Apostoli-
ca auctoritate tenore præsentium roboramus in
omnibus, & per omnia, ac etiam quatenus opus sit,
de novo disponimus, decernimus, ac perpetuò &
inviolabiliter exequi volumus, & mandamus.

§. 7. Ac insuper inhærendo etiam prædictæ Bullæ
in Cœnâ Domini, quæ firma, & illabata, ac in suo
robore permaneat, omnes, & singulos in prædictis
Constitutionibus comprehensos, quâcunque digni-
tate, & auctoritate tam Ecclesiasticâ, quàm seculari
præfulgentes, etiam si de illis specialis, specifica,
expressa, & individua mentio faciendâ esset,
qui in futurum in hac Almâ Urbe Franchitias,
quæ ut vulgò dicuntur Quartieri, habere, &
tueri quomodocunque præsumunt, seu præten-
dent, aut illarum prætextu, aut aliis quo-
modolibet justitiæ Ministros, & eorum manda-
torum, vel ordinum liberam executionem tam
in criminalibus, quàm in civilibus impedire,
perturbare, sive per se, sive per alios dire-
ctè, vel indirectè, sub quocunque titulo, vel
colore tentabunt, vel eisdem Constitutionibus
ad unguem non parebunt, prout etiam illos,
qui in eadem loca, contrà easdem Constitutio-
nes recipient, sive ad ea confugient, ultra penas
in eisdem Constitutionibus contentas, in Excom-
municationis majoris, ac latæ sententiæ penam
ipso facto incidere, à quâ non per alium,
quàm per Nos, seu Romanos Pontifices Suc-
cessores Nostros pro tempore existentes, nisi in
mortis articulo ipsi fuerint constituti, etiam
prætextu quarumlibet facultatum, & indulgo-
rum concessorum quibuscunque personis Eccle-
siasticis, etiam speciali notâ, & expressio-
ne dignis Secularibus, & quorumcunque Or-

Accedit
annua in-
vaforum
urbis &
potestatis
Romano
Pontifici
in eam
competen-
tis Excom-
munica-
tio.

More Præ-
decesso-
rum Fran-
chitiarum
nomen pe-
nitens abo-
let.

Eorumque
deluper
emanatas
Constitu-
tiones con-
firmat.

In Excom-
munica-
tionis ma-
joris ac la-
tæ senten-
tiæ poe-
nam cujusc-
unque
Ordinis
aut Digni-
tatis inob-
edientes inci-
dent.

Derogatio
contrariis.

dinum Regularibus absolvi possint, decernimus & declaramus.

§. 8. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, privilegiis quoque, & indultis, sub quacunque verborum forma quomodolibet in contrarium concessis, confirmatis, & iteratis vicibus innovatis, præteritis consuetudinibus, sive potius corruptelis, contra omne jus fasque quomodolibet introductis, quas per præsentis improbamus, annullamus, cassamus, atque irritamus, cæterisque contrariis quibuscunque.

Publicari
mandatur.

§. 9. Ut autem præsentis ad notitiam omnium, & singulorum deducantur, eas valvis Ecclesiæ Sancti Joannis Lateranen. ac Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, & Cancellariæ Apostolicæ, ac in Acie Campi Floræ affigi mandamus, ut nullus possit exinde excusationem prætere, seu ignorantiam allegare.

Sanctio
pœnalis.

§. 10. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostre voluntatis, innovationis, confirmationis, approbationis, roboris, dispositionis, Decreti, executionis, mandati, declarationis, improbationis, annulationis, cassationis, & irritationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo octuagesimo septimo, Quarto Idus Maji Pontificatus Nostri anno Undecimo.

D. 12. Maji
1687. Pont.
anno un-
decimo.

† Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.
Ego Nicolaus Episcopus Ostiensis Card. Ludovisius Decanus.

Ego Alderanus Episcopus Portuens Card. Cybo.

Ego Petrus Episcopus Tusculanus Card. Orthobonus.

Ego Carolus Episcopus Sabinensis Card. Pius.

Ego Flavius Episcopus Albanensis Card. Chisius.

Ego Carolus T. S. Laurentii in Lucina P. Card. Barberinus.

Ego Decius T. S. Prædix Presbyter Card. Azzolinus.

Ego Jacobus T. S. Mariæ de Pace P. Card. Franzonus.

Ego Palutius Tit. S. Mariæ Transyberim P. Card. de Alteris S. R. E. Camerarius.

Loco † Plumbi.

J. G. CARD. SLUSTUS.

F. Datarius

Visa de Curia S. de Pilastri

D. Campinus.

Registrata in Secret. Brevium.

XX.

Prorogatur Sanctitatis Suae Constitutio de d. 27. Septembris 1683. vid. supra p. 49. quæ ad sublevandas Ararii Apostolici angustias propter suppeditata Principibus Christianis in bello Turcico subsidia tres integras decimas Cleri Italici & adjacentium Insularum redditibus imposuerat.

INNOCENTIUS EPISCOPUS.

Servus Servorum Dei, ad fututam rei memoriam.

Recense-
tur Con-
stitutio su-
per ejus-
modi deci-
marum
impositio-
nem alias
emanata.

§. I. Alias à Nobis emanarunt Litteræ tenoris subsequæ, videlicet. Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei, Ad futuram rei memoriam. Cum ab ipso Nostri Pontificatus initio, ad quem Divina Clementia in altitudine divitiarum sapientiæ, & scientiæ suæ, Nos meritis licet impares evexit, malis undique afflictam, scissamque discordiis Christianorum Rempubliam videremus, ad Dominum in amaritudine cordis Nostri clamavimus, eumque deprecati sumus, ut secundum mul-

titudinem miserationum suarum redimeret Nos à malis, & non daret hereditatem suam in perditionem, & in opprobrium. Quod quidem postea eo ardentioribus votis efflagitavimus, quò rebus quotidie magis in deterius labentibus omnia periculis plena esse videbantur. Nam expugnatis jam ab effero Turcarum Tyranno Varadino, Neoselio, & Camenecio munitissimis Hungariæ, & Podoliz arcibus, & Cretæ Regno post diuturnum acerbissimumque bellum subactis, Germaniæ, atque ipsiusmet Italiæ cervicibus fœdissimæ servitutis jugum imminabat. Hæc inter vota, & curas Pastoralis Nostre sollicitudinis terribimus hostis, atque in omnem occasionem rei benè gerendæ semper intentus, inhumanissimo, si unquam antea exercitu, ex omni Barbarorum colluvie comparato, ipsis rebellibus Hungaris deductis, Hungariam, Austriam, atque iis conterminas Provincias invadit, fœdæque sacra & profana omnia igne, ferroque popularis, ingenti quoque Christianorum multitudine in servitutem redacta, Viennam Germanici Imperii domicilium, & publicæ salutis propugnaculum arctissima oppugnatione est aggressus. Cum Charissimus in Christo Filius Noster Leopoldus Romanorum Rex in Imperatorem electus ingruenti subitæ tempestate nondum viribus par esset, & Charissimus in Christo Filius itidem Noster Joannes Poloniæ Rex illustis, magnique Ducatus Lithuaniz Magnus Dux, qui periculi propinquitate, & magnitudine, ac Nostri denique hortationibus excitus, fœdus cum Cæsare inierat, pluresque præclari ex Imperio Principes, & Ordines nondum instructi, paratique essent ad communem calamitatem repellendam. Nos igitur penè desperatâ, conclamataque Republicâ ad Dominum enixius confugientes, majores supplicationes per universam Ecclesiam indiximus, ut in jejuniis, & fletu audiret Deus, secundum magnam misericordiam suam gemitus compeditorum, & solveret filios interemptorum, averteret iram suam à Nobis, ipsamque immitteret in Gentes, & in Regna, quæ nomen suum non invocaverunt. Exaudivit Dominus preces populi sui, exurrexit, & dissipavit inimicos, piis fortissimisque Christianorum Principum copiis, in virtute ejus strenuè pugnantibus. Quâ sanè admirabili victoriâ, in quâ Christianus populus ab acerbissimâ servitute penè redemptus præsentem Dei dexteram in attritione cordis agnovit, uti potius, quam frui opus est, publicâ nondum securitate firmatâ, & Turcico Imperio inani mole suâ justum adhuc omnibus timorem incutiente; nec enim dubitandum videretur, quin ab infini hoste vindictæ cupido, & ob acceptam cladem furore percito bellum redintegrari quàm primum debeat. Nos quidem paternâ charitate Nostri publicam causam, & præclaros, Christianæque Religioni salutare fortissimorum Principum conatus juvare, ut par est, & proficere cupientes, in tantis Apostolici Aerarii ob præstita jam à Nobis eidem Leopoldo, & Joanni Regi subsidia, angustis, ad Cleri Italici, & adjacentium Insularum redditus Prædecessorum Nostrorum vestigiis inhaerentes animum adicere cogimur. Maturâ igitur super hoc cum Venerabilibus Fratribus Nostri S. R. E. Cardinalibus deliberatione habitâ, de eorumdem consilio, & assensu indicimus, & imponimus tres integras decimas intrâ quinquennium, ut infra perfolvendas, omnium, & quorumcunque fructuum, reddituum, proventuum, jurium, obventionum, distributionum quotidianarum, & emolumentorum, ordinariorum, & extraordinariorum, in quacunque re consistentium, undecunque, quomodocunque & qualitercunque, etiam ex pede Altaris, aut alias quomodolibet, & quovis modo provenientium, & proventuum omnium, & quorumcunque Patriarchalium, Metropolitanarum, Cathedralium, Collegiarum, ac Parochialium, aliarumque Ecclesiarum, nec non Monasteriorum, & Conventuum, ac etiam Mensarum Patriarchalium, Archiepiscopaliû, Episcopaliû, Abbatialium, Capitularium, & Conventualium, Prioratuum quoque, Præpositurarum, Præceptoriarû, Canoniciarum, & Præbendarum, Dignitatum, Personarum